



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XV. Die Markgräfin Mathilde erkaufte die Tutel über die Lehen ihrer unmündigen Söhne Johann und Otto, die dem Erzbischofe zu Magdeburg von dem Kaiser übertragen war, vom Erzbisthume für 1900 Mark ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

in morte fameſcat. Unde contingit, quod ſubſidium, quod converſis Pruſcie per Regem et nepotem ipſius et Marchionem predictum poſſit poſſimum procurari, utpote qui ſunt contigui terre illi et tam multitudine gentium, quam aliis divitiſ locupletel plurimum impeditur et pereunt miſerabiliter anime plurimorum. Quapropter nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum prefaſt Marchio dicto O. filiam ſuam vellet matrimonio copulare ad ſedandas guerras et inimicitias ſupradictas, quod in quarto gradu contrahere valeant, pro bono pacis diſpenſare de benignitate ſedis Apoſtolice dignaremur, maxime cum iidem, ſi ſopiareretur per huiusmodi copulam ſeminarium diſcordie inter eoſ, tibi et baptizatiſ Pruſcie impenſuroſ ſe decenſ auxilium repromittant. Noſ igitur de diſcretione tua plenam in Dómino fiduciam obtinentel, tuiſ et dictorum Nobilium precibuſ inclinati, per apoſtolica tibi ſcripta mandamuſ, quatinuſ ſuper hiis auctoritate noſtra ſtaſuaſ, quod ſecundum Deum videriſ ſtatuendum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, ſeptimo Kalendaſ Junii, Pontificatuſ noſtri anno tertio.

Nach einer Abſchrift des Vaticanischen Geſ. Archives. — Vergl. Voigt, Cod. Pruſſic. I, 15. 16.

XIV. Urkunde des Römischen Königs Friedrich wegen der Stadt Goslar, vom 13. Juli 1219.

— — Huius rei teſtes ſunt Albertuſ Archiepiſcopuſ Magdeburgenſiſ, Otto Epico-  
puſ Herbipolenſiſ, Conraduſ Metenſiſ Imperialiſ aule Cancellariuſ, Fridericuſ Halber-  
ſtadenſiſ Epicoſuſ, Engelharduſ Nuenburgenſiſ Epicoſuſ, Ludewicuſ Dux Bauarie,  
Albertuſ Marchio Brandenburgeniſ, Henricuſ dux Saxonie, Hermannuſ Marchio  
Veronenſiſ, Hermannuſ et Henricuſ Comiteſ de Woldenberch et alii quam plureſ. Actum  
anno incarnationiſ dominice M. CC. XIX. Datum apud Goſlariam, III Iduſ Julii, Indi-  
citione ſeptima.

Nach Schetz, Orig. Guelf. III, 672. Heineccii Antiq. Goſlar. 220.

XV. Die Markgräfin Mathilde erkaufte die Luteſ über die Lehen ihrer unmiündigen Söhne Johann und Otto, die dem Erzbischofe zu Magdeburg von dem Kaiſer übertragen war, vom Erzbisthume für 1900 Mark Silber, den 20. September 1221.

Mechtildis, Dei gratia Marchioniſſa Brandenburgeniſ, Johannes et Otto filii eiſ,  
uniuerſiſ Chriſti fidelibuſ hanc paginam inſpecturiſ. Cum nec multitudini reruſ, nec longitu-  
dini temporuſ ſic ſufficiat humana memoria, ut vel que multa ſunt, tenaciter apprehendere,  
vel que longeua ſunt, valeat retinere; datum eſt fragilitati cauſarum per gratiam conditoriſ,  
ut inſufficientia ipſiuſ ſcripturarum ammiculicis adiuetur, ne, quod fideliter ac utiliter geritur,  
aut negligenter pereat, aut inutiliter euaneſcat. Proinde preſentiuſ teſtimonio literarum notum  
eſſe volumuſ tam preſentibuſ, quam futuris, quod, cum poſt mortem Illuſtriſ Principiſ, Do-  
mini Alberti, mariti ac patriſ noſtri, Marchioniſ Brandenburgeniſ, adhuc nobiſ, Johanne



videlicet et *Ottone*, filiis eius, existentibus infra annos, *Serenissimus Dominus noster* et *Romanorum Imperator semper Augustus* et *Rex Sicilie* tutelam omnium feodorum, que idem *Dominus noster* et *pater* ab *Imperio* tenuit, quam ex morte ipsius sibi *Dominus Imperator* vacare dicebat, que *Aneuelle* vulgariter appellatur, *Domino Alberto Magdeburgensi Episcopo* per *sententiam Principum Imperii* commisisset, donans ei per *Imperialem munificentiam*, quicquid in tutela habebat eadem; nos *Mechtildis Marchionissa*, et nos *Johannes* et *Otto*, filii eius, tutelam ipsam a *Domino Archiepiscopo* supradicto de fidelium nostrorum consilio duximus redimendam, spondentes ei in redemptionem eius per manus fideiussorum, in aliis nostris litteris conscriptorum, mille nongentas marcas argenti, quod nunc *Magdeburgense* dicitur, sic in duobus terminis persoluendas, ut nongente quinquaginta marce in festo beati martini proxime nunc venturo, et totidem in festo beati *Johannis Baptiste* proxime secuturo soluantur, et fiat utraque solutio in civitate *Magdeburg* ad pondus, quod nunc est civitatis ipsius, recipiente *Domino Archiepiscopo* in conductum suum ipsam pecuniam in novo castro *Wulmerstede*, *Magdeburg* deportandum. Nomina fideiussorum huius pecunie in aliis nostris litteris continentur. Singuli autem illorum in solidum data fide mille nongentarum marcarum pecuniam promiserunt, ita, quodsi in solutione ipsius pecunie aliquis eorum defecturus fuerit, aut violaverit non seruando promissum, qui reliqui et residui fuerint non minus in solidum totius debiti tenebuntur. Quodsi pecunia, sicut promissum est, in dictis terminis soluta non fuerit; *Stendale* intrabunt in ipsis terminis fideiussores, inde nulla nocte exituri, nisi de beneplacito eorum, qui promissum pecunie receperunt, et si datus fuerit vni fideiussorum terminus induciarum, reliqui fideiussores habebunt easdem. Veruntamen duobus vel tribus *Dominus Archiepiscopus* concessit, ut ad alia loca intrent. Sed et hoc de permissione ipsius est, ut in termino sancti *Johannis Baptiste*, qui estiuus est, intrent, qui voluerint, *Angermunde*, propter aërem estiuum, quia aliquam *Stendale* dicitur habere corruptelam. Quodsi contigerit, ut alteruter nostrorum puerorum videlicet ante omnem solutionem pecunie vel adhuc aliqua debita parte residua moriatur, fideiussores pro reliquo tenebuntur, et pecunia sine diminutione soluetur. Si vero ante inceptam solutionem nos *Johannem* et *Ottonem* mori contigerit, fideiussores ad solutionem nullatenus tenebuntur. Similiter etiam si iam facta solutione alicuius partis pecunie mortui ambo fuerimus, non tenebuntur fideiussores ad partem reliquam exsoluendam. Promissa est autem hec pecunia ad manus quatuor *Canonicorum Ecclesie Magdeburgensis*, *Domini Thiderici de Scherenbeke*, *Prepositi Wernheri*, et *Domini Ludouici* et *Domini Kraphtonis*, et quatuor *Ministerialium* eius, *Gerhardi Dapiferi*, *Johannis de Jericho*, *Burchardi de Brazni* et *Richardi de Blauwe*, Ita, quodsi aliquis istorum ante factam solutionem mori contigerit, superstibus fiat solutio, et ipsis octo, vel aliquibus ipsorum pecunia presentetur. Sanè ut indemnitati nostre juxta equitatem fauore debito caueatur; *Dominus etiam Archiepiscopus* quasdam nobis conditiones in hanc formam seruabit. Cum reuersus fuerit *Dominus Imperator* ad partes *Teutonie*, ducet nos *Dominus Archiepiscopus* in expensis suis competentibus sub ducatu suo ad *Dominum Imperatorem*, et reducet, et faciet et efficiet apud ipsum, quod nobis in solidum porriget omnia feoda, que *Pater noster* in *Imperio* tenuit, eo videlicet iure pariter et honore, quo *Principatus* alii por-



riguntur. Quodsi hec efficere non potuerit apud ipsum, ipse bona fide noster erit adiutor et assistet nobis, ius nostrum apud Imperium et eius Principes promouendo, et restituet in castro Wulmerstede pecuniam eisdem nummis eiusdem ponderis atque valoris, et in talibus terminis, in qualibus eam dinoscitur recepisse. Alioquin fideles et Ministeriales eius, qui pro ipso fidem de predictis dederunt, intrabunt Magdeburg, inde nulla nocte exituri, nisi vel soluta pecunia, vel de beneplacito recipientium hec promissa. Fratres autem eius, Dominus Henricus et Dominus Guntherus Comites, Hallas intrabunt, iuxta conditiones eadem. Sic etiam si Dominum Imperatorem morte preoccupatum contigerit non redire, aut reuersum in Teutonia mori, priusquam nobis eadem feoda porrigantur, et alius per concordiam Principum in Imperium sublimetur; ipse nec fidelitatem illi prestabit, nec seruicia faciet, nisi nobis porriget omnia feoda, que pater noster ab Imperio dinoscitur tenuisse. Sin autem per discordiam Principum contingeret eligi duos Reges; si placuerit nobis, vt Regem alium habeamus quam eum, in quem Dominus Archiepiscopus proposuerit consentire, non tenebitur nobis resistere ad obtinendum feoda patris nostri. Sed si cum ipso consenserimus in aliquem eligendum, ipse iuste, quod promissum est, procurabit, et promouebit ius nostrum. Denique si ipsum mori contigerit; Domini et patres eius maioris Ecclesie siue Capitulum talem ei eligent successorem, quem facient et efficient cuncta promissa de ipso exsoluere bona fide Nobilibus viris et Ministerialibus Ecclesie sue, et quidem conditiones illas, que promissa sunt, nobis bona fide seruabunt.

Nos Henricus, Comes Alcharie, qui tutelam prefatorum nepotum nostrorum gerimus, ea, que promissa sunt, pro ipsis nepotibus nostris promissimus obseruare, et ea seruabimus bona fide. In cuius rei testimonium presentem literam sigilli nostri munimine duximus munendam.

Acta sunt hec in villa Bardeleue, XII. kal. Octobr., Anno ab Incarnatione Domini MCC. vicesimo primo.

*Nach einem Magdeburgischen Copialbuche abgedruckt in den Orig. Guelfic. IV, 155. Beckmann's Anhalt. Histor. Thl. III, S. 527.*

**XVI.** Papsst Honorius III. bestatigt dem Bisthume von Preussen eine ihm vom Markgrafen Albrecht von Brandenburg beigelegte jahrliche Hebung von 20 Mark Silber, am 7. April 1222.

Honorius etc. Episcopo Pruscie. Sacrosancta Romana Ecclesia etc. — conuere. Eapropter, Venerabilis in Christo frater, tuis iustis precibus inclinati annum viginti marcarum redditum, a dilecto in Christo filio nobili viro Alberto Marchione Brandenburgensi tibi et per te Ecclesie tue et successoribus tuis pietatis obtentu concessum, nec non libertates, immunitates et exemptiones ab eodem nobili tibi et hominibus tuis indultas, sicut ea omnia iuste canonice et pacifice obtines et in ipsius Marchionis litteris plenius perspeximus contineri, tibi et per te ipsi Ecclesie et successoribus tuis auctoritate apostolica confirmamus et